



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Parisiensi Episcopo, & Abbatи Latiniacensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

290 Epistolarum Innocentij III.

tigis inh er entes, vobis & vestris fratribus tam pr esentibus qu am futuris duximus indulgendum ut quotiens pro corporibus mortuorum in processione vos exire contigerit, crucem, incensum, & aquam benedictam portandi juxta morem terrae liberae, nullius contradictione vel appellazione obstante, habeatis de nostra licentia facultatem. Ad exemplar quoque ipsius patris & pr edecessoris nostri Clementis licentiam concedimus tibi ac legitimis successoribus tuis ut si quis ejusdem monasterij vestri & cellarum ejus possessiones aut res violenter abstulerit, postquam ipsorum Episcopi  a vobis tertio invitiati justitiam de his facere omnino noluerint, vos super eodem raptore secund o tertiove commonitos canonican excommunicacionis sententiam proferatis. Ea ver o quae monasterium vestrum  a quadraginta retro annis bona fide noscitur pacific e posseditis vobis & eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, ita quidem qu od super his nullo unquam tempore impediri debeatis vel quomodolibet molestari. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temer e perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica seu secularis persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam venire temer e tentaverit, secund o tertiove commonita nisi presumptionem suam digna satisfactione correxit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniurie cognoscat, &  a faciatissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, ac in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipient, & apud dictum iudicem pr emia  terna pacis inventiant. Amen. Datum apud sanctum Germanum per manum Iohannis sanctae Mariae in Cosmidin Diaconi Cardinalis S.R.E. Cancellarii viii. Kalendas Augusti, Indictione xi. incarnationis dominicae anno MCCCCLIII. pontificatus vero Domini Innocentij Papae IIII. anno undecimo.

Sequentes quoque epistolas, quamvis date non sint anno undecimo, visum est istuc edere, quia pertinent ad causam de qua agitur in epistola LVI. istius libri. Eam porro ob causam addidimus etiam epistolas Honorij II. & III. & litteras Romani Cardinalis de compositione inter Episcopum Meldensem & Abbatissam Iotrensem; post quas sequuntur rursum aliquot epistole Innocentij III. & Alexandri II. de eodem arguento.

PARISIENSI EPISCOPO, & Abbati Latiniacensi.

Adversus Abbatissam Iotrensem.
Vide infra pag. 295.

Conquerente venerabili fratre nostro Meldensi Episcopo nostris est attributum intinatum qu od Hugo Presbyter sancti Petri Iotrensis, licet  a pr edecessore suo curam suscepit animarum & ei teneatur super hoc responder , monitus ab eo ad presentiam ejus venire contempserit, & auditio ejus mandato statim in vocem appellationis prorupit, quam, cum sit iam annus elapsus, non fuit per se vel per alium prosecutus. Quocirca discretioni vestr e per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Presbyterum ut super hoc ipsi Episcopo debitam satisfactionem impendat & deinceps mandatis illius obediatur, ut teneatur, per centuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Testes autem qui nominati fuerint, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per distinctionem ecclesiasticam appellatione postposita compellatis veritati testimonium perhibere; nullis litteris veritati & justitiae prajudicium facientibus, si que apparuerint a fede apostolica

imperat . Qu od si non ambo iis exequendis potueritis interire, tu, frater Episcope, ea nihil minus exequaris. Datum Laterani x. Kal. Iunij, pontificatus nostri anno quarto.

EISDEM.

Sicut venerabilis frater noster Meldensis Episcopus in nostra prefentia constitutus sit nobis conquestione monstravit, Abbatissa Iotrensis illi obedientiam quam debet impendere. Clerici etiam & homines ejusdem vill e, ipsi velut Episcopo suo renuntiunt obedire. Ne igitur, si eorum inobedientia remaneat incorrecta, eis incentivum pariat delinquendi, distinctioni vestr e per apostolica scripta mandamus quatinus Abbatissam, Clericos & laicos supradictos, ut super hoc memorato Episcopo debitam satisfactionem impendentes, deinceps eidem sicut Episcopo suo, prout tenentur, obedientiam exhibeant & honorem, per distinctionem ecclesiasticam sublato appellationis diffugio justitia mediante cogatis. Testes autem &c. Datum ut in alia.